

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloquentia
Sacra Et Hvmana**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1626

Laus impérij, Regione, vrbis. Capvt XXI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

culenti non solent prætermitti: quod sūsius postea declarabitur exemplis.

Tenūm, stylus descriptionum duplex est, unus historicus, pressus, acer, & concinnus, alter Epidicticus, paulò magis pictus, & effluens. Quid cuique loco, & argumento conueniat, prudētia fatis iudicabit. Nunc aliquot exempla delibemus.

Laudatio, & descriptio mundi.

Ex Theodoroto, & D. Cypriano.

CAPUT XX.

Mundi laudatio, siue descriptio præclarum est dicendi argumentum, in quo omnes omnium penè ditterorum calami defudarunt. Hunc autem fermè modum tenent, ut per causas, partes, & adiuncta filum trahant orationis. Sic Theodoreto oratione quarta de materia, & mundo, post explosas variorum Philosophorum sententias, hanc primùm rerum molitionem à lapientissimo, & potentissimo artifice commendat his verbis.

O' ἡ τὸ παντὸς ποιητὴς, οὐτ' ὄργοισιν, οὐτ' ὑλῆς δέται, ἀλλ' ὥστε τῇ τοῖς ἄλλοις τεχνίταις, καὶ ὑλῇ, καὶ δρυάνῃ, καὶ μέντοι, καὶ χρόνῳ, καὶ πόνῳ, καὶ βασικού, καὶ σπουδαίᾳ τούτῳ τῷ διαώ τὴν δόλων ἡ βέλησις. Ηθέλησε δὲ τὸ δόσα ἡδαίνετο, ἀλλ' ὅταντερ ἀρχεῖν ἐδοξίμασεν, ἁδίσιον μὲν γέρνεται τῷ, καὶ μυρίσε, καὶ δισμυρίσε δημιουργῆσαι κόσμος.

Hac vbi de officiis, potentia, & sapientia attigit, præciplias vniuersi partes aggreditur. Τὸ γεγονότων τὰ μὲν ἔστιν ἀρχήτατα ἡ νοῦτρα, καὶ τὰ μὲν ἐπίγεια, τὰ δὲ ὑπερφράνσια ἀναγκαῖ. θεοὶ, καὶ γῆς πεποίκη.

Soler deinde ad singulas partes oratio debet, quas nitido, vernantique colore prosequitur. Quo in genere multa sunt exempla, quae nos pluribus suo loco. Nunc istud Cypriani prolusionis instar audiamus.

Habet istam mundi pulchritudinem, quam videat, atque miretur; Solis ortum aspiciat; rursus occasum mutuis vicibus dies, noctesque reuocantem, globum Lunæ temporum

cursus incrementis suis, decrementisque su-
giantem; Astrorum micantium choros, &
a summo de summa mobilitate fulgentes;
Anni torius per vices membra diuisa, & dies
ipso cum noctibus per horarum Ipatia di-
gestos, & terra molem librata cum mon-
tibus, & proflua flumina cum suis fontibus,
extensa maria cum suis fluctibus, atque lit-
toribus: Interim constat et pariter lumina
conspiratione, nexibusque concordia exten-
sum aerem medium, tenuitate sua cuncta ve-
gerantem, nunc imbre contractis nubibus
perfudentem, nunc serenitatem resepta ra-
ritate reuocantem; Et in omnibus istis inco-
las proprios in aere aem, in aquis pīcem, &
in terra hominem. Hæc, inquam, & alia opera
diuina, sint Christianis hominibus specta-
cula.

Laus imperij, Regionis, vrbis.

CAPUT XXI.

Latiſſimus erit dicendi campus, si haec capita mente complectēteris, & per eadem Vrbū lam
filum laudationis extendas. quibus.

Erunt autem septem, Origo, in qua pri-
mum inquirendus fundator. An Deus, an tibi.
Heros, an Homo, inquit Menander Rhetor, O'rigo, &
& de eius laude dicendum paucis, si obscuris,
& incertis, satis eum suæ vrbis gloria com-
mendari ostendes. Si famæ haud ita bona: a-
pologia erit vtendam.

Diuturnitas, siue antiquitas, cuius frequē-
est commendatio. Sic Athenienses, cum So-
le genitos, Arcades ante Lunam natos pra-
dicant. Si vrbs antiqua, dices legibus natu-
ra ita constitutum esse, vi quod antiquissi-
mum est, idem quoque sit honore dignissi-
mum. Si recens, eam instar puellæ pubes-
cere, & ad optimas quasque spes in dies assur-
gere.

Fines, copiae, opera, viri, virtutes. Que
quidem omnia in Româ laudatione apud A- Roma law,
ristidem, & caecos facilè apparent, & anim-
aduerter, qui grauiſſimos quoque authores
legerit, quorum testimonijs vitur eruditus
Lipsius de magnitudine Rom.

Eius Origo est ab AEnea & Troianis.
Antiquitas excedit annorum duo millia,
& trecentos.

Fines, ab oriente fuerunt Euphrates, à
meri-

meridie Nili cataractæ, deserta Africæ, & mōs Atlas, ab occidente Oceanus, à Septentrione Danubius, & Rhenus, tales sub Augusto Imperatore termini sunt constituti.

Copte.

Tum maritimæ, tum pedestres erant, quæ ad tanti imperij incolumentem sufficerent.

Opulenta.

Ad auri centum, & quinquaginta miliones ex annuis redditibus.

Opera.

Maximè laudantur in vrbe, situs, munitio, amplitudo, hominum multitudo, alimenta, ædificia, templo, foro, theatra, circi, balnea, thermæ, viæ, pontes, statuae, monumenta, aqueductus, priuata ædificia.

Quæ omnia breuiter eruditio[n]is cauſa in antiqua Roma admirabilia fuſſe ostendit Lipſius in admirandis.

Situs.

Θύεις Χαράς nominatur à Menandro Rhetore, in quo primum consideratur salubritas, quæ magni est momenti, & laudatur vrbs, vel domus, quod est *λαμπτερέα, εὐπρόσεγα, υγιεύοντερά,* vt loquitur Plutarchus.

*Situs ut
laudandus.*

In uniuersum autem, vt notat idem Menander, consideratur situs ratione cœli, maris, terre: si locus ad orientem spectat, laudabis in eo lucis principium, & quasi solis cunabula. Si ad occasum, dices, quod instar Coronidis appositus, solem cum laudationibus, & hymnis dimittere videtur. Si ad meridiem, quod in cœlo, velut in acie plagæ cœlestis medium occupat. Si ad Septentrionem, quod instar arcis munitissimæ editissimam mundi partem obtinet. Si montos est, laudabis munitionem, & cum ueroſo quodam corpore comparabis. Si planus, molitatem, & aquilitatem. Si regio siccæ est, qualitatem in ea cœlestem commendabis si fecunda, uirtutem si in frugifera, frugalitatis alumnam dices.

Hæc ille Rhetor Græcus, apud quem plura quoque de situ vrbium videre poteris.

Liuſus nonnulla in Roma ſitū commendat his verbis.

Non sine cauſa Dij, hominesque hunc vrb̄i condenda locum elegerunt, saluberrimos colles, flumen oportunum, quo ex mediterraneis locis fruges dueulant, quo maritimi conuentus accipiunt, mare vicinum ad commodates, nec expofitum nimia propinquit.

tate ad periculum classium, externarum regionum, Italiæ medium.

Munitio.

Munitio[n]es laudantur à loci ingenio, & operibus hominum.

Roma munitissimo loco sita, vt Alpibus, & Apennino defensa: quod Rutilius hisce veribus celebrat.

*Sifatūm certa mundum ratione fatemur,
Conſiliumq[ue] Dei machina tanta fuit:
Excubis lariv[us] prærexit Apenninum,
Clauſtræq[ue] montanu[m] vix adeunda viis.
Inuidiam timuit n[atura], parvumq[ue] putauit,
Arcto[is] Alpes oppo[ne]runt minia.
Sicut vallavit mulcet vitalia membris,
Nec semel inclinat, que pretiosa rulit.
Iam tun mul[ti]pli: meruit munimine cingi,
Sollicuo[rum]q[ue] habuit Roma futura Deos.*

Hominum multitudo.

Decus vrbis quoque est hominum multitudo: nec abs te Arifridus orator, qui Adriani temporibus floruit, Romam comparat cum Homericâ niue, quæ excelsorum montium iuga operit, & agros item, ac pingua virorum culta abdit, tantam Romanæ esse, vt in quaue parte quis conſiderit, nihil impedit, & in media eum esse. ὁτε τὸ λεῖψαν γέγοντο, οὐδὲν διττὸ καλύπτειν οὐδεὶς ἔναιε πέτω.

Alimenta.

In alimentis consideratur bonitas, copia, salubritas, comportandi, & emendi facilitas.

Arifrid. Mare per medium vulturum imperium porrigitur, cui vndique ampliæ regiones adiacent, necclesia pleraque vobis subministrantes. Nam ex omni terra, marique, quicquid vel anni tempora gignunt, vel regiones singulæ, fluij, lacus, artefice item, & ingenia, tum Græcorum, tum barbarorum proferunt, id omne ad vos defertur. Itaque si quis talia omnia videre desiderat, is vel per totum orbem peregrinetur, necesse est, vel in vestrâ ista vrbe veretur. Quicquid enim apud alias, vel erescit, vel conficitur hic affluit, & abundant, tot autem, & tantæ onerariae naues, singulis anni temporibus appelluntur, vt vrb̄ communis quadam orbis officina videatur κοίνων τὸ γῆς ἐργασίαν, vt appellat.

Aedificia.

A Edificia magnum vrb̄i decus afferunt, & publica quidem primum laudanda, deinde

de litiis.

de priuata commendantur à materia, forma, auctifice, fine, partibus, adiunctis.

Illa per Synathroismon laudat Ammianus lib. 16. cap. 6. vbi Constantij ingressum in urbem Romanum describens ipsum intuentem, & mirantem præcipua operum facit.

*Montes
Romani.*

*Tarpeia
rups.*

*Rome tem-
pla.*

*Templum
Capitoli-
num.*

*Templum
Diana
Ephesia.*

Deinde intra septem montium culmina per acclivitates, planitiesque, posita urbis membra collutans, & suburbana, quicquid erat, primum id emovere inter alia sperabat Louis Tarpeij delubra, quantum diuina terrenis præcellunt, lauacra in modum prouinciarum extorta, amphitheatri molam solidam, lapidis Tiburtini compage, Pantheon, velut regionem teretem, spatula celsitudine fornicate, elatoque vertice transili sugestus Consulum, & priorum Principum imitamenta portantes, & vobis templum, forumque pacis, & Pompeij theatrum, & odeon, & stadij, aliaque inter haec decora vobis aeternæ.

Temp'la.

Templorum laudatur antiqitas, altitudo, longitudo, latitudo, materia, structura, ornatus, donaria, religio, &c. Romæ quadringenta, & viginti quatuor fuerunt, celebrissima Tarpeion, Pantheon, Templum pacis, Torpeion sive Capitolinum templum, quale erat sub Tarquinio describit Dionys. Alicarn. Situm est, inquit, in altera crepidine, habetque in ambitu octo iugera, sic ut latera singula ducentorum fere pedum sint, exigua latitudo, & longitudinis eius differentia, nisi quod ista illam vincit vix pedibus quindenis, qua parte frons eius meridiem spectat, triplici columnatum ordine circumcinctum, ab alijs lateribus duplice. In ipso sunt tres sellæ ex ordine à lateribus communione parietum clausæ, media est Louis, vtrinque, altera Iunonis, altera Minerue, sub eodem laqueari, codemque tecto. Conferamus si placet cum hac descriptione Ephesia Diana templum, miraculum orbis terrarum. Sic describit Plinius naturalis historiæ, lib. 36. c. 14. Magnificentia vera admiratio extat templum Ephesia Diana ducentis annis factum à tota Asia, in solo id palustri fecere, ne terræ motus sentiret, aut hiatus timeret, ne in lumen, atque instabili fundamenta tantæ molis locarentur, ante calcatis ea substrauere carbonibus, deinceps levicribus lanæ, vniuerso templo longitudo est quadrangulum viginti quinque pedum, latitudo ducentorum viginti, columnæ centum vi-

ginti septem à singulis regibus factæ, sexaginta pedum altitudine, ex his triginta lex cælatae, vna à Scopas operi præfuit Cheriphrou architectus. Summa miracula Epistyria tantæ molis attollit potuisse, id consequitus est ille ut per omnibus arena plenis molli puluino super capita columnarum ex igerato, pavlatim exinaniens ab imo, ut sensim totum cubili sideret, difficulter hoc contigit in lumine ipso, quod foribus imponebat. Etenim ea maxima moles fuit, nec sedit in cubili anxiò artifici mortis destinatione. Cætera eius operis ornamenta plurium librorum instar obrinent, nihil ad specimen nature pertinet. Vide etiam quæ Iosephus habet de templo Hierosolymitano, libro sexto de bello Iudaico cap. 14. rō 3 iepov ioforo, &c. vbi fuse hoc mundi miraculum describit.

Theatra.

Theatra præcipuum locum obtinent, inter vobis ornamenti, in quibus spectantur partes, ut scena postcenium Orchestra, Cunei cauea, deinde, ornatus, ut columnæ, tabulæ, signa, ad summum totum scenorum choragium. Nonnulla attigit Plinius li. 36. cap. 15. in theatro Scauri. M. Scaurus fecit in aedilicitate sua opus maximum omnium quæ vñquam fure humana manu facta, non temporali morta, verum etiam æternitatis delineatione theatrum hoc fuit, scena ei triplice altitudine trecentarum sexaginta columnarum, in ea cuniculi, quæ sex myriæ non ruderat sine proibitione ciuiis amputacione pars scena e marmore fuit, mediae vireo, inaudito etiam polteca genere luxuriae, lumine tabulis inauratis columnæ, ut diximus imæ duodequadraginta pedum, signa et cæniciæ columnas fuerunt tria millia numero, cauea ipsa coepit hominum octoginta millia, cum Pompeij amphitheatro toties multiplicata vobis, tantoque maiore populo, sufficiat large quadrangula millia, &c.

Fora.

Fora Romæ quinque, Romanum, Iulium, Augustum, Transitorium, Vlpium, non praetermittuntur ab encomiastis, quæ erant præsus magnifica.

Balnea.

Balnei structura laudanda, excusendæ partes singulæ, ornatus deinde insigni laude non caret.

earet. Habet de hac re luculentū exemplum ex Luciano, de quo nos libro vīndecimo. Seneca quoque perstringit ep̄st. 87 Panper sibi videatur, ac sordidus, nisi parietes magnis, ac pretiosis orbibus resulserint, nisi Alexandria marmora numidicis crucis distincta sint, nisi illis vndeque, & in picturā modum variata circumilio p̄texatur, nisi viāe circundatur, nisi Parius, & Thalias lapis quondam rarum in aliquo templo spectaculum piscinas nostras circumdederit, nisi aquam argentea-epitonia fuderint. Et adhuc plebeias fistulas loquor, quid cum ad balnea Libertinorum perueniro, quantum statuarum, quarum columnarum est nihil sustinentium, sed in ornamētum positarum & impensa causa, quantum aquarum per gradus cum fragore labentium? eo deliciarum venimus, vt nihil nisi gemmas calcare nolimus.

Aqua ductus.

In aquae ductibus spectantur moles, artificia, operis utilitas, iucunditas, necessitas, &c. De quibus Plinius. Si quis, inquit, diligenter estimauerit aquarum abundantiam in publico, balneis, piscinis, domibus, Euripis, horris, suburbanis villis, spatioque aduenientium extertos arcus, montes peissoſos, conualles aquatas, fatebitur nihil magis mirandam suis in toto orbe terrarum. Lepide Rutilius.

*Quid loquor aërio pendentes fornice riuos,
Qua vix imbriferas tolleret Iris aquas?
Hos potius dicas creuisse in gyra montes,
Tale Giganteum Gracia laudat opus.*

Pontes.

In Pontibus consideratur fluminum celebritas, Pontium necessitas, structura, firmitas, visus, utilitas, & cetera de quibus Xiphilinus. Traianus imperator pontem lapideum super Istrum statuit, quem ego nec dignè quidem habeo admirari. Nam et si alia pulcherrima principis eius opera extant, tamen hoc est super omnia, pilæ igitur eius sunt viginti ē lapide scēto, & quadrato, quæ altitudinem habent centum, & quinquaginta pedum, latitudinem sexaginta, distant inter se centum octoginta pedes fornicibus deuriata, quomodo autem non aliquis sumptum in istas pilas admiraretur, quomodo non & constituti, firmandique modum, idque in flumine magno, & vorticoso, & fundo ipso infido, & limoso? nam nec auertere quidem cursum

fluminis licet villo modo, nec verò de magnitudine fluminis idēo dixi, tanquam isti maximū sit, imòverò alibi duplo maius est, aut triplo, atque instar pelagi se difundit. Sed quia locus ille arctissimus ibi locorum, & aprissimus ponte iungi est tantus. Quo autem magis in arctum illud ex latō extrahitur, & ruitum in latum se effundit, tanto nimis & rapidius fluit, & profundius existit, & hoc quoque difficultatem, atque arduum operis valde auxerit, magnitudo igitur Traiani ex eo quidem constat, non tamen usum nunc nobis præbet, sed pilæ duntaxat stant, quasi in eum finem modo strūtæ, vt documento sint nihil esse, quod ingenio humano non possit effici.

Priuata ædificia.

In priuatis ædificijs sunt domus & villa. In quibus laudatur amplitudo, structura, ornatus. Tanta erit laxitas majorum ciuium Romæ, vt angustē se habitare putaret, cuius domus tantu patueret, quantum Cincinnati rura patuerunt, erant autem quatuor iugera. Molitio admirabilis erat, columnæ ex lögini quis regionibus conquisita, de quibus tam saepè mentionem faciunt Poëtae, Propertius.

Quod non Tenarij domus est mihi fulta columnis.

Nec camera auratas inter eburna trabes.

De structura, & ornatu communiter Seneca ep. 96. Quid inter pueros, & nos interest, nūl *ædificiorū* quod non circa tabulas & statuas insanimus *luxus*.

caritis inepti, illos reperti in littore calculi leues, & aliquid habentes varierat delectant, nos ingentium maculae columnarum sive ex Aegyptiis arenis, sive ex Africa solitudinibus adiectæ porticum aliquam, vel capacē populi cœnationem ferunt, miramus parietes tenui marmore inductos, cum scimus quid sit, quod abscoadit, oculis nostris imponimus, & auro testa perfundimus, quid aliud, quam mendacio gaudemus, scimus enim sub illo auro foeda ligna latitare, quid, quod, vt ait idem, versatilia cœnationum laquearia ita coagnientabant, vt subinde alia, atque alia facies succederet, & toutes testa, quoties sercula mutarentur.

Nero Cæsar yelibulo ædium suarum colossum centum viginti pedum habuit, deinde porticus triples, item stagnum maris instar circumseptum ædificijs, ad yibium speciem, ruta intuper armis, atque vinetis, & pavis, sylvisque varia, cum multitudine om-

Qq q nis

nis generis pecudum, & ferarum in ceteris partibus, cuncta auro lita, distincta gemmis, vnumque conchis, erantcenationes laquearæ tabulis eburneis versatilibus, ut flores, & vnguentæ desuper spargentur, præcipua cenationum rotunda, que perpetuò, vice miudi, diebus, ac noctibus circummagetur.

Villa.

Specimen villarum aspice in una villa. Exeat, inquit Plinius, Gordianorum villa Praenestina ducetas columnas uno peristylio habet, quarum quinquaginta Charistæ Claudiang, quinquaginta Syenitides, quinquaginta Numidiae, pari metra sunt, in qua Basileg centenaria tres, cetera huic operi conuenientia, & thermæ quales præter vibem nusquam in orbe terrarum. Commemorat quoque Plutarchus in Lucullo eius ædificiis sumptuosissima: nam ad Neapolim tunulos suspendit fossuris, Euripis, & in riuis pisciculae ædificia sua circumiecit, Diætas Marinas extruxit, quas Tiberio stoicus contemplatus appellauit eum Xerxem togatum.

Sed operæ pretium est egregium Caij Plinius junioris epistolam lib. 5. epist. 6. legere, ubi de industria villam omnibus coloribus depingit.

F. ntes.

Laudem fontis petemus ex Plinio. Fons oritur in monte, per saxa decurrat, excipitur cœnariacula manufacta, ibi paulum retentus in Larium lacum decidit, perinde die statim aquibus, & diminutionibus crescit, decrevitque, cernitur id palam, & cum summa voluptate deprehenditur, iuxta decumbis, & velceris, atque ex ipso fonte, nam frigidissimus est, potas.

Flumina.

Flumina laudaniora ab ortu, scaturigine copiosa, velocitate, colore, piscatu, pescum generibus, & multitudine, & alijs fluuijs, quos recipiunt, & locis, per quæ fluunt, denique à nauum frequentia.

Montes.

Mons celebrans a magnitudine, radicibus, valibus, viribus, miraculis, prodigijs, rebus memorabilibus, siugum vertute, & copia.

Agri.

Laudationis in agro capita erunt, fertilitas, amoenitas, varietas arborum, & herbarum, cultura, situs.

Viri, & virtutes. Sed omnino laudanda sunt vberius ea, qua communis consensu maiora sunt, religio, legum maiestas, artus, consuetudines, priuilegia, unitas clementia, fortitudo, probitas, constanteria, ars militaris, doctrina studia, Gymnasia, opificium industria, de quibus diximus superius.

Quæ Cicero pro Flacco, sectione 62. paucis complexus est, cum de Athenarum viba sic agit.

Adiunt Athenienses, unde humanitas, doctrina, religio, fruges, iura, leges ottæ, atque in omnes terras distributæ putantur; De quorum viris positione propter pulchritudinem, etiam inter Deos certamen fuisse proditum est: Quæ vetustate ea est, ut ipsa ex se suis ciues genuisse dicatur: & eorum eadem terra parens, altrix, patria dicatur: autoritate aurem tanta est, ut iam fractum prope, ac debilitatum Graecie nomen huius viris laudetur, & de Lacedæmonijs.

Adiunt Lacedæmonijs, cuius ciuitatis spectata, & nobilitata virtus, non solum natura corroborata, verum etiam disciplina purior: qui soli in orbe terrarum sepringentes iam annos amplius vniuersis moribus, & nunquam mutatis legibus viuant.

Ibidem de Massilia, & ceteris.

Laus virtutum, & Scientiarum.

CAPUT XXII.

Aus Virtutum, & scientiarum ijs fermè capitiibus excurrit, quæ in laude personæ notaui superius.

In virtutibus quippe expenditur honestas, utilitas, necessitas, quod ut plenius assequatur orator, modo earum definitionem, seu potius descriptionem clarissimis pingit coloribus, modo ipsius obiecti dignitatem amplificat, modo eiusdem virtutis varias partes, & quasi membra singula disquisitæ percurrent explicat, modo eius originem, & causas arecessit, modo effectus admirabilcs ponit, ob oculos, modo contrariorum virtutum pingit deformitatem, modo inferiorum in virtutis comparatione, eam quam laudat celsius attollit.

Ad haec contexit sapientiū effata historias, similitudines, emblemata, quibus quasi sellato-